corporis· hoste depulso uictoria debetur. Sed ille quasi homo su
is temptatur· hic publicis· Illi patrimonium aufertur· huic regnum
orbis offertur. Hec totus sine fraude diabolus quae exaspera
re dei filium uereretur· illum iniuriis temptat· hunc premiis· Ille quasi
seruulus dicit· dominus dedit dominus abstulit· hic nature sue di
spositionisque conscius· sua sibi uidet offerri· Et ut ad illud
reuertamur· ingruit nuntius super nuntium· ingeminantur
uulnera· nec tamen fortis athleta mente turbatur. Adhibetur
mulier· prima fraudis illecebra· hic per uirginem natus erro
ri obnoxiam non habebat. Amici adhibentur qui prauis consiliis
opprimant reluctantem· sed in omnibus quae acciderant ei· nusquam
peccauit Iob labiis suis in conspectu dei· Nam quod maledicit diei
dicens· pereat dies illa in qua natus sum· et infra· et maledicat
eis qui maledixit diem illam· qui habet magnum cetum opprimere·
ad prophetiam pertinet· eo quod diabolum tamquam pellosi ceti ist(um)
cetum dominus noster Iesus Christus oppressit· et generationis sue carnalis
diem perire desiderat· ut dies eius in regeneratione numeretur.
Pereat inquit dies secularis· ut dies spiritalis oriatur. Ergo in temptati
one sanctus Iob mysteria loquitur. Qui enim uincebat seculum· Christum
uidebat. Nos ergo non timeamus temptationes· sed magis in temptatio
nibus gloriemur dicentes· Quando infirmamur tunc potentes
sumus· tunc enim nectitur corona iusticie. Sed illa Paulo for
tassis accommoda· nos autem quia plures corone sunt quamcumque spera
re debemus. In seculo laurus corona est· corone scutum· at uero tibi
proposita est corona deliciarum· Corona enim deliciarum obumbra
bit te et talibus· Scuto uoluntatis sue circumdabit te. Gloria quo
que et honore quem dilexit dominus coronauit. Ergo qui uult coro
nam dare temptationes suggerit. Et si quando temptaris· cognosce
quia paratur corona. Tolle martyrum certamina· tulisti coro
nas. Tolle cruciatus· tulisti beatitudines. Nonne temptatio